nullum indicium reperitur; tituli autem imperatorii aliique complures ibi inventi quamquam ita comparati sunt, ut rei publicae certissima argumenta prae se ferant, duos eorum n. 7205. 7211 constat a Lilybitanis dedicatos esse potestque ea origo ad reliquos omnes recte porrigi. Itaque nisi statuimus Lilybitanos duo oppida simul habitasse, quod sane difficile reperietur cui probetur, relinquitur ut tituli hi cum oppidum quod nunc est conderetur aedificandi causa navibus ex vicini Lilybaei ruderibus Mazaram advecti sint. Nihilominus ne praevaricari viderer, Mazarae repertos suo capite proposui.

Nicolaus Antonius Alfonsi filius FEDERICI (cf. Mongitore Bibl. Sicula 2, 26) praeter eos quos cum Gualtero communicavit (cf. supra p. 714) titulos Mazaritanos inseruit commentariis (*historia di Selinunte e Mazara illustrata*) scriptis c. a. 1620, quorum adhibui exemplaria scripta bibliothecae publicae Panormitanae Qq D. 70 et 71 omisso tertio imperfecto D. 36. — Minus utilis est liber editus a Casp. SANZONE: *Selinunte difesa dalla falsità contro essa* (Panormi 1752. 4. pp. 96). — Franciscus TARDÌA, de quo dicemus in Lilybitanis, Mazaram quoque invisit 6. Nov. 1765; *Giacomo Gerardi*, scribit in cod. E 171, *sacerdote, l'unico perito mi appresentò alcune copie d' iscrizioni, alcune delle quali inedite me li copiai, altre perchè trascritte dal Gualterio non le curai.* — Nuperrime professor Mazaritanus Antonino CASTIGLIONE (*sulle cose antiche della città di Mazara.* Alcami 1878. 8. pp. 114) lapides quos nosset denuo proposuit meis exemplis usus.

7202 in capitulo columnae; ab altera parte est n. 7208 inverse scripta. Mazarae in ecclesia cathedrali.

imp. caes. diui traiani
*parthi*CI · F · TRAIANO HA*dri*
*an*O · AVG PONTIF · MAX · TRIB ·
POT · $\overline{III}$ · COS · $\overline{III}$ p. C. 119
I D D D

Descripsi ego et ad lapidem et ad ectypum quod dedit Bormann, ad lapidem Schubring et Bormann. Castiglione p. 90 edidit ad exemplum meum.

7203 Mazarae in aede cathedrali in porta occidentem versus pro epistylio FED. similiterque GVALT.

FVRIAE · SA
BIN*i*AE · TRAN
QVILLINAE
AVG · CONIVGI
*i*MP · M · A*ntoni*
g o r d i a n i

Federicus Mazara ms. p. 148; Gualterus n. 227 = 122 (inde Mur. 251, 5; Torremuzza IV, 26).

Vv. non recte divisit Fed. — 2 BINAE traditur. — 4 AVG·C·CONIVGI Fed. — 5 M·P·M·A Fed., MB MATR*o*N*ae* | . . . . . . Gualt.

7205 Mazarae in angulo aedis d. Nicolai GVALT. Refecta fabrica inscriptionem intus in muro latere narrat PVGLIESIVS apud Castiglionium p. 73.

pio
*f*EL · AVG
RES · P · CO*l* · HEL*u*
AVG · LILYBIT
DEVOTA · NVMINI
EORVM

Servavit Gualterus n. 232 = 124 (inde Reines. 3, 28 per Tristanum; Mur. 260, 6; Torremuzza XVIII, 65 = 66).

1 HEL, 2 COI HELY traduntur. — 3 om. Gualt. ed. 1.

7204 Mazarae in aede cathedrali in cella d. Vincentii GVALT.

CLEMENTISSIMO · ET
VICTORIOSISSIMO
D · N · FLAVIO · VALERIO
CONSTANTINO · MAXIMO p. C. 315/337
PIO · FELICI · INVICTO · AVG
BETITIVS · PERPETVVS
V · C · CORR · PROV · SICIL
DEVOTVS · NVMINI · MAIES
TATIQVE · EIVS
SEMPER · DICATVS

Servavit Gualterus n. 226 = 123 (inde Spon p. 275; Mur. 259, 2; Torremuzza IV, 33).

8 MAES Gualt. ed. 2 err. typ.

7206 lapis praegrandis GVALT. Prostitit olim opinor Marsalae iuxta patris n. 7233. Mazarae in foro domi And. Cremonae in solo GVALT.; in domo dominorum de Cremona e regione hospitalis divi Blasii TARDIA.

C · BVLTIO · GEMINIO
MARCELLO · C · I
IN · HONOREM
GEMINI · TITIANI
PATRIS · $\overline{XII}$ · TRIB
PATRONO · MERENTI

Gualterus n. 238 = 138 (inde Fabretti 610, 84; Torremuzza V, 9); Tardìa cod. C 17.

2 CI.... Gualt., CF Tardìa; fuit *c(larissimo) i(uveni).*

7207 Mazarae *pietra di marmo* (in lapide caeruleo GVALT.) *ultimamente spezzata, è da due parti nel muro del cimiterio* FED.

E · HIC · PE
. . . .
CL MENTINE
SORORI
FL MAINI
SENATORIS IN
VIXIT · A · $\overline{III}$

Federici ms. p. 149; ab eodem Gualterus n. 236 = 130 (inde Mur. 169, 2; Torremuzza III, 6 = 7).

Exhibui ad codicem; Gualterus legit F HIC P F | . . . | . . . | CLEMENTINAE . . . | SORORI . . . | FLAMINI . . . | SENATORIS IN . . . | VIXIT · A · $\overline{III}$.

7208 ab altera parte tituli n. 7202.

TATE ET IVSTITIA PREDI*tus*
*e*T · SINGVLARI · SINCERITA*te*
*omnib*VS ANTECELL / / / / /
FELICITA / /

Qui descripserint, vide ad n. 7202.

3 legit Nohlius, 4 Bormannus.

7209 Mazarae *in una pietra quadrata cavata in tondo alla Porta d' Oriente* FED.

VIRO CLARISSMO SACRARVM *sic*
CVRATORI CONSVLARI
MARI PRO

Servavit Federicus ms. p. 149, addens *l'altra facciata non si può leggere.* Inde Ant. Mongitore cod. Panorm. Qq D 203 et apud Dorvillium Sic. ms. et ed. p. 588 n. 13 et per Comum apud Mur. 176, 3 (ex Mur. Torremuzza III, 8 = 9).

7210 Mazarae in D. Michaelis sacrarum virginum GVALT. Adhuc ibidem *nel parlatojo.*

L · ACILIO · L · F
RVFO · $\overline{I}$*i uiro*
CO TER

Recognovi. Gualterus n. 231 = 127 (inde Mur. 1777, 2; Torremuzza V, 2); Tardìa cod. E 171; descripserunt Nissen et Schubring; Castiglione p. 91.

Eiusdem nominis quaestor Siciliae nominatur in Thermitana n. 7342. Supplementum v. 3 *co*[*lonia*] *T*[*h*]*er*[*mitanorum*] proposuit Huelsen, recte fortasse.